

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Ad haec officia dimissis magistratibus¹ consules in rostra
2 escenderunt, et contione advocata cum sollemne carmen preca-
3 tionis, quod praefari, priusquam populum adloquantur, ma-
4 gistratus solent, peregrisset consul, ita coepit: “nulli um-
5 quam contioni, Quirites, tam non solum apta sed etiam ne-
6 cessaria haec sollemnis deorum comprecatio fuit, quae vos
7 admoneret hos esse deos, quos colere venerari precarique
8 maiores vestri instituissent, non illos, qui pravis et ex-
9 ternis religionibus captas mentes velut furialibus stimulis
10 ad omne scelus et ad omnem libidinem agerent. equidem nec
11 quid taceam nec quatenus proloquara invenio. si aliquid
12 ignorabitis, ne locum neglegentiae dem, si omnia nudavero,
13 ne nimium terroris offundam vobis, vereor. quidquid dixero,
14 minus quam pro atrocitate et magnitudine rei dictum scitote
15 esse: ut ad cavendum satis sit, dabitur opera a nobis.
16 Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc per urbem etiam
17 multis locis esse, non fama solum accepisse vos sed crepi-
18 tibus etiam ululatibusque nocturnis, qui personant tota
19 urbe, certum habeo, ceterum quae ea res sit, ignorare: alios
20 deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam
21 credere esse, et quaecumque sit, ad paucos pertinere. quod
22 ad multitudinem eorum attinet, si dixero multa milia hominum
23 esse, ilico necesse est exterreamini, nisi adiunxero qui
24 qualesque sint. primum igitur mulierum magna pars est, et
25 is fons mali huiusce fuit; deinde simillimi feminis mares,
26 stuprati et constupratores, fanatici, vigiliis, vino, stre-
27 pitibus clamoribusque nocturnis attoniti. nullas adhuc vires
28 coniuratio, ceterum incrementum ingens virium habet, quod
29 in dies plures fiunt. maiores vestri ne vos quidem, nisi
30 cum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus
31 eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut

¹ Im Anschluß an eine Sitzung des Senats waren die **aediles curules**, die **aediles plebis** und die **triumviri capitales** beauftragt worden, jeweils verschiedene Maßnahmen zum Schutze des Staates zu treffen.

33 re coire voluerunt; et ubicumque multitudo esset, ibi et
34 legitimum rectorem multitudinis censebant esse debere. qua-
35 les primum nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac
36 virorum esse creditis? si quibus aetatibus initientur mares
37 sciatis, non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. ...”

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Was drückt die Verwendung des Konjunktivs in **admoneret** (Z.7) aus?
2. Zu welchem lateinischen Verbum ist **contio** (Z.2,...,32) Verbalsubstantiv?
3. Zu welcher unmittelbar übergeordneten Konstruktion gehört der Nebensatz **qualecumque sit** (Z.21) und welche syntaktische Rolle hat er in dieser Konstruktion?